Latuca hortulana: seu domestica frigida ꝛ humida: co-notat: facilis digõnis ꝛ pauci nutrimenti: elixata tñ. po-tenter ac magis nutrire asserit: stomacho cõuenit calido. ipsuʒ aliqualiter infrigidando: vigilantibꝰ ac dormire. nõ potentibus subuenit: ꝛ lac in mamillis exuberare facit. si sicut euellit. absqꝫ ablutiõe comedat: ꝯuenientior. n. p̄sumit: q2 aqua in sua hũidi tate ꝛ frigiditate augmentũ p̄stat. ꝛ eius bonitas q̄ in supficie in uenit p ablutionē tollitur: ꝛ īflatio ī ea excitat. si enim cũ aceto assumat: apetitũ excitare dignoscit. ꝛ absqꝫ acetosis assumpta tussi calide confert. libidinē ac nocturnã polutioneʒ tollit. ꝛ p-prie eius semē. egritudies ex ebrietate eueniētes curat. sanguis enim. ex ea generatꝰ est laudabilior oī sanguine alioꝝ oleꝝ. vt sentētia comunis approbat. eius tamē frequens assumptio in-ducit comedētes ad debilitatē ꝛ oculoꝝ tenebrositatē. ꝛ visceꝝ molitiē. cũ diminutione: seminis seu spermatis.

De Lupino Caput. 89.

Lupinus calidus in p̄io. existit. ꝛ eiꝰ siccitas vsqꝫ ad fm tendit. amaritudinē nõ mediocrē. in gustu demõstrat. si nõ excoq̄t. ī aq̄ tñ si pluribꝰ diebꝰ dimitat. eiꝰ amaritudo euane scit. ac penitꝰ recedit. difficilis digõis nuncupat. ꝛ tarde de sto-macho descendit humores in venis grossos generãdo. si ab ali quo nõ bene digerat. si v̄o a calore nr̄o bñ decoquat: satis cõ-petenter nutrit. lupinus potiꝰ ad medicinã ptinet p̄cipue ama-rus. quã ad cibũ. si enim cũ ipsa asumat amaritudine: vrinã p uocat. aborsuʒ ꝛ menstrua īducit: ascarides de corpore emittit: pulmonis aperit opilationē epatis ꝛ splenis.

De Lente Caput. 90.

Lens in gradu scd̄o frigida repit sicca v̄o ī. 3. diiudicat. lʒ tñ. ab aliq̄bꝰ auctate multoꝝ antiq̄ꝝ. p̄serti a gal. ꝛ ab ypocrate. 6. epidi. tēpata ãnotat. difficil digõnis: mala stoma-cho: grauat. n. ꝛ īflationē nõ modicã generat. ꝛ si. n. cũ cibis cõ

diatur siue administratur dulcibus.opilationez magnam in epate inducit.ydropicus aūt a sua comestione adiuatur:⁊ qui ei⁹ comestioni est asiduus.si quidem nigra illi dominatur colera.melencolicos.generat morbos.morphea ʒ cancrū leprā:⁊ alia mala procreando.mala membris presumitur neruosis.propter eiʒ vehementiam eius excitationis visus obtenebraẽ.horēda somnia inducit.caliditateʒ sanguinis exstinguit.vnde eius decoctio in febribus administratur acutis ac timorosis.si enim cōcortice suo decoquantur emolit ventrē.si autem sine cortice aut cuʒ ipso asumatur.dūmodo ipsa pria abijciatur aqua.comedentis ventrem stringit:vtilior auteʒ decocte lenticule comestio est si cōblite spinachijs aut carne agni.decoquatur:⁊ comedatur.peior enim que cum salsa decoquitur carne.magisqꝫ nigram generans coleraʒ ⁊ pessimos morbos.si tamen cum ordeo equalibus coquaẽ partib⁹ aut minoribus.nutrimētū fiet tēperatuʒ.

De Lacte Caput. 91.

Hac recenter mulctū temperamento existit vicinuʒ:lʒ frigiditati humiditati qꝫ parūper atineat.ex tribus substātijs.s.ex butirosa caseata ⁊ aquosa cōpositum.de cōplexione autem.omnium eorūʒ.suo loco acōmodato:anotabimus.corpus impinguat ac sufficienter humectat:nobilis:substātie:existit:faciliterqꝫ digeritur.⁊ boni nutrimenti.in sanguinē eniʒ sine difficultate conuertitur:vt ānotauit.gal.3.cōpl.4.corporibus siccis optimum prebet nutrimentū.sanguinē ⁊ sperma acrescere. facit pithysicis,hydropicis ꝯsumptis tussi pectori.sputo sanguinis ardori vrine nō paruū auxilium prestat:obliuioni sicce ⁊ tristitie conuenit.lac enim in cōplexione sua diuersificatur.multis ex rebus occurentibus:aut ꝑpter speciem animalis:aut ratione pascuorūʒ:iuuentutis:senectutis:pinguedinis:aut macredinis: aut ratione coloris:aut preparationis ⁊c.melius enim lac est sanum naturale.non habens infectionem alicuius alterius humoris:aut super quod non vincit aliqua mala qualitas effugienda.⁊ melius ipsius.est qꝫ vehementis est albedinis ⁊ equalis essentie. ⁊ quando ponitur super vnguen. non fluit. si enim

cum sua: conuenienti bonitate debet accipi: tollatur imediate post suam emulctionem aut ab vberibus extractionē. quia ex contactu. continentis faciliter putrefit. 7 ad malam disponitur naturam: in lacte enim in quo turbulentia. aut accuitas aut salsedo inuenitur: malum deiudicatur: sed qui ab huiusmodi rebus absoluitur. melius presumit: huiusmodi enim est q᷑: ex sanguine sano: puro que generatur. 7 que ob omni malitia depuratur. sanius lac est mulieris iuuenis formose: 7 cum conditionibus alijs oportunis: aliorum autem animalium lac. natura quorum nō est elongata a natura hominis melius post illud deindicatur: odor enim carnium bonitatem aut ipsius malitiam arguit. Nam quedam reperiuntur animalia: quorum carnes fetide existimantur. Sicut carnes canis lupi leonis 7 huiusmodi quedam vero boni sunt odoris. sicut caro porcorum: pecudum. caprarum: 7 eorum que cursu eorū currunt: natura enim eorum magis propinqua inuenitur: nature humane. Unde propter hanc causam: lac porcinum magis conforme inuenitur. nature humane. post lac muliebre. vacinum enim lac omni lacte cuiuslibet alterius animalis grossius iudicatur. q᷑ etiam omnibus sui corporis pinguedinem: adipsci volentibus conuenientius existit. asininum vero lac. oī lacte subtilius existit. vitio pulmonis conueniens magis: caprinum vero inter hec duo temperiem tenet. 7 minus molificatiuum quam lac aliorum animalium. Quoniam capre herbas stipticas comedunt. propter hāc ergo causam magis stomacho conueniens. nisi forte lacticinia. comedant: lac ouium plures superfluitates in corpore quam aliqd aliud lac. procreat. secundum Rasim ad almansorē. 3. capitulo. 7 inflationes suscitat. camellinum vero lac dolorem in epate patientibus dandum est. 7 complexionem habentibus corruptam. lac camelarum. nouiter fetarum ydropisi confert valde. presertim si cum sua assumatur vrina. desiderium cibi excitat. licet tussim comoueat lac accetosum stomacho amicatur. tunc etiam hoc fit: merito extractionis butiri: quia vnctuosa stomacho inimica. presumuntur. assidua tamen lactis assumptio vel frequentatio: multa parit: nocumenta. primo pediculos generando. scōm q᷑ quidam existimauerunt; sorditiem enim plurimam

procreat: neruorum egritudines frigidas ac flegmaticas habentibus. eius assumptio nocet: et dentibus similiter illos corrodendo et concauando: et laxam efficiũt gingiuam: vt docuit gal. 5. regiminis sanitatꝫ scribens se cognouisse virum qui ex nimio vsu lactis dentes omnes perdidit. preseruatur tamen homo ab isto nocumento abluendo os: cum melle: aut oximelle asininuꝫ tamẽ lac dentes et gingiuas habet fortificare: nocet debilia epata habentia et capita. proprie quãdo dormitur post eius assumptionem: tenebrositatem enim et caliginẽꝫ visus aduenire facit. nocitiuum tremoreꝫ cordis humidum habentibus: siue ex sanguine siue ex flegmate fiat: oppilationes in meseraicis venis possidere facit: omne preterea lac grossuꝫ excitat coleram: et lapidem generat. et recenter mulctuꝫ grossum: multotiens inducit assumptores ad febres. vnde acute febricitãtibus nequaquam dandum. proprietas lactis nisi cũ debita mensura sanitatis stomochi sorbeatur. ad malum conuertitur: et in ipso corrũpitur: quia ĩ calido effumigatur: in frigido vero acetosatur: vel caseatur: vt ãnotatuit Gal. 4. de simplici medicia dist. 3. capi. 5. col. 4. tamen si cum mellis admistione. vel salis aut zuchari assumatur: multa ab eo subrstauntur nocumenta: non exerceatur homo post eius assumptionem: quia nocumentuꝫ parit. lac confert potui multarum medicinarum: mortalium: in sũma eligatur cum conditionibus dictis: et nõ ab animali albo: quia est debilius vt monstrauit. auic. 2. canonis: quia si alio modo assumat. magnum in cõmodum corpori humano foret. cuꝫ non sit aliquid nocibilius nature humane: quam lac malum ergo etc. bibere vero lac volentem oportet non statim sumere post partum: sed post ad minus quadraginta diebus vt placuit haliabbati. 5. theorice cap. 26. nõ assumatur lac cum rebus accetosis quia inducit lepram: vt scribit Auic. in. 3. fen p. doc. 2. capi. 7.

De limacia Caput. 92.

Caro limaciarũ. licet digẽni parũ obediat. tñ si ab aliquo digerat. boni laudabilis restauratiui qꝫ nutrimẽti existit: epatis oppilatiões anichilat. ac illũ ꝯfortat: pectori pulmoni ptisicis et cõsũptis auxiliũ tribuit: laborãti ethica ipꝰ comestio

cōuenit ꝛ adiuatꝰ: qꝛ viſcoſum ꝛ ſtabile generat nutrimentū. ab ethicoꝝ calore difficilius reſolubile limacie terrene bōe ſūt ſtomacho: ꝛ ventrē laxant: ſed q̄ ſunt in fluminibꝰ. ſunt pinguiores alijs. vt diaſcorides ānotauit. limacie cū aliquo īgenio ꝑparenꝰ: ꝛ cū furfure fricenꝰ. vt mala eoꝝ viſcoſitas tolaꝰ. tūc enim magis ꝑ vſu ꝯueniunt. an carnes limaciaꝝ. ſint ceteris laudabilioris nutrimenti oſtenditur ꝛ cum diligentia inueſtigaꝰ a conciliatore differētia. 68. quare ꝛc̄.

¶ De Limone Caput. 93.

Limon enim. licet eiꝰ cōplexio: ab auctoribꝰ medicine autenticis nō ānotetꝰ: a nobis tamē ꝑtermitendā eſſe mini me diudicaui. in cōplexione enim ſua variationē. habere cōprobabitur. merito ſue cōpoſitionis. eiꝰ aūt cortex ad aliqualē. tendit caliditatē. ꝑpter aromaticitatē a datoꝛ derelictā. vn̄ ab odore: corꝯfortaꝰ digeſtionis tamē ē difficilis. accetoſitas enim ad frigiditatē ꝛ humiditatē tendit: cū ſtipticitate aliqua feruorem acuitatē ꝛ malitiā colere reprimēs. a medicis nō ſine rōne. ſirupus eius ī febribꝰ timoroſis adminiſtraꝰ. ſtomacho ꝑcipue calido ꝯuenit: appetitū ꝑpter eiꝰ acredinē chorohorat. eꝰ tamē frequētatio: ſtomacho nocet. ꝛ mēbris oībus neruoſis. ꝑpter hoc ſapientes vt eius effugiāt. nocumentū. comedunt ipſum aut ꝑperant. cū zucharo: cū vino daꝰ diſentericis ꝛ ſanguinē ſpuentibus. ſcd̄m Gal. 7. ſ. pharmacorū.

¶ De Moro Caput. 94.

Mora celſi matura in caliditate ſunt tēperata. eorū virtus emolit ventrē. nutrimentū enim paucū corpori ꝑſtāt: citiſſime ī ſtomacho corrūpunꝰ: ꝑcipue ſi poſt alios aſſumanꝰ cibos. ī principio vero ſumpta. celerime alijs cibis ſubeūt. ac eis viā faciūt: faſtidiū nō mediocre pariūt. ſi tamē in aqua lauantur. minoris ſunt nocumēti. magis qꝫ infrigidant. ꝛ ſitim aliqualiter reprimunt. accetoſa vero frigida. a phiſicis preſumuntur. ventrē enim cōſtipant. ꝛ

sanguinē fluentē reprimunt:ex eis enim cōstipatiuū: sufficiēter fit pharmacū. vnde ad discentericas ꝯuenit dispositōes ⁊ alias quecūq3 fluxibiles: vt Gal. placuit.

De Menta Caput. 95.

Menta domestica seu hortulana. aromaticū demonstrans odorē: calida ⁊ sicca ī scđo conotaē gradu. licet in ea humiditas suꝑflua inueniat: stomachu3 enim ꝯfortat. ipm calefaciēdo. ⁊ cibu3 in digerēdo adiutoriū affert: abundātiā sanguinis stringit. ⁊ nimios vomitꝰ cōpescit: labentē animū odoris efficatia recreat: principalia: vigorando mēbra. ac ꝯfortādo ꝑcipue cor. stomachū: nihil ꝯcupiscenti fastidiū detrahit. tumorē mamillaꝝ. ꝑpter lactis coagulationē tollit: habet aūt qd amaritudinis. ꝑ quā potata: seu comesta lumbricos necat. ex eiꝰ eni3 inflatione ⁊ nimia humiditate luxuriā excitat: ⁊ frigidi cōplexione ab assumptiōe eiꝰ adiuuātur ad coitū. sua ꝓpriate. nō dimittit lac coagulari: vt caseū a putrefactione ꝓhibet. canis rabidi morsui ꝯfert. dubitandū. enim in fine nō iniustū putaui. de eius cōplexiōe. q: q̄ritur ab Aristo. in. 20. par. ꝓble. ꝓble. 2. ꝑpter qd dicitur mentā ī bello. neq3 comedes neq3 plātes. ant q: īfrigidat corpa. declarat aūt spermatis corruptio. hoc aūt est ꝯtrariū. ad fortitudinē ⁊ animu3 ⁊c̄. ex ista ergo dissolutiōe vr̄ q̄ eiꝰ cōplexio ad frigiditatē tēdat ergo ista aūt dubitatio a ꝯciliatore dissoluitur dfīa. 149. quare ⁊c̄.

De Maiorana Caput. 96.

Maiorana ad caliditatē ⁊ siccitatē vsq3 ad. 3. gradū se extendit. l3 plateariꝰ dicat vsq3 ad ꝑm: stomachu3 enim infrigidatū calefacit ⁊. digestionē ꝓcurat. ꝓpter enim suā subtilitatē omnibus egritudinibus frigidis ꝓdest. ꝑcipue tñ capiti ꝯueniēs opilatiōes cerebri aperiēdo: ⁊ humiditatē exicādo: paralectici ab eiꝰ comestione: satis potēter adiuuantur. caput enim ꝯfortat frigidū. dificultatē mingendi remouet auctoritate plinij: morsui et scorpioni mira celeritate ocurit.

Mel calidū ꝛ siccū in.2.gradu.conotatur.incidit ꝛ malos humores stomacho adherētes abstergit.mel fastidium tollit.nauseā ꝓhibet.pulmoni ꝛ omnibus interioꝛib⁹ medet̃.tus sientib⁹ ꝓdest.vrinā ꝓuocat.ac ventrē emolit.tenebꝛositatē vi sus abstergit.aqua vō ipsius stomachū cōfortat.ac ipm apete re facit.mel cito in sanguinē permutat̃.vt Gal.placuit.3.cōple xionū.4.col.j.nō minus etiā in colerā.v̄ititur rubeam.labēdo. flegma destruit.senibus ꝛ frigidā habētibus complexionē con fert.estate aūt ꝛ qui calidā.habēt ꝯplexionē.malū existit ac p̄su mit̃.venenatis moꝛsibus occurrit.ꝛ rabidi canis moꝛsib⁹ adhi bitū pacientē curat.in sua aūt cōplexiōe variat̃.merito diuersi tatis herbaꝝ.bonaꝝ aut malaꝝ.bonitatis aūt pꝛobatio est: vt sit odoꝛiferꝝ.cū bono ac ꝯueniēti odoꝛe.ꝛ nō abominabili sapoꝛe. ꝛ dulcedo:cum aliquali acredine.in eo vincat.sufficiēter gluti nosū:nō fluidū:perlucidū ꝛ rubedine coloꝛatū.vl' in coloꝛe pa leari.melius enim vnale ab Auic.pꝛesumit̃.deinde estiuū.hie male.aūt minus bonū.diudicat̃.caueant hoies ab assūptione mali mellis:qꝛ venenū ab Aui.6.4.pꝛesumitur.mel si cū lacte admisceatur ipsius remouet putrefactionē futurā i coꝛpoꝛe:vt placuit auēzoar.3.theisir tracta.j.cap.13.in vsu eiꝫ longo mellis inest ei ꝓpꝛietas incoꝛrūpēdo stomachū.auctoꝛitate auēzoar.j. theisir tractatu.15.cap.2.

De Melonibus Caput.98.

Melones frigidi.iudicātur:cū humiditate nō pauca.dul ces aūt minoꝛis sunt frigiditatis.digestiōi obediūt.per aluū educūt:ꝛ vrinā cōmouēt.eoꝝ assumptio.existere dꝫ ante aliū cibū.in stomacho depurato:qꝛ qui faciliter digerūtur.faci liter coꝛrūpunt̃.vt in scriptis nobis donauit Gal.j.alimētoꝛum cap.j.col.3.cum coꝛrūpūtur enim.cōuertuntur ad naturā.vene ni:vt clare videre patet a Gal.in libello de euchimia ꝛ chaco chimia in fine capituli de fructibus.idem cōstanter scripsit ha liabbas.5.theoꝛice.18.melo celeris enim est coꝛruptionis in sto macho.celerisqꝫ alteratiōis.in ea que in stomacho iuenit.melo nes dulces.velociter in colerā vertunt̃ rubeā.melonib⁹ siqs i

comestiōe multā vsus fuerit.colericā patief passionē.vt demō strauit nobis relinqt rēsis.3.ad almāsorē3.20.ex eoꝝ plurima co mestiōe.seqtur fluxus ventris ꝛ rugitus in viscerib⁹ ꝛc.s3 quia tpibus nostris.inoleuit cōsuetudo.post melones bibere vinum potēs purū.nō in merito ergo dubitaf.vtrū sup fructus.vinu3 aut aquā.sit bibēdū.ꝛ maxime post melones.in p̄mis auice. canon nos monet:qui ab eo scribif in.j.3.doctrina.2.cap.8.ꝺ re gi.aq̄.ꝛ vini.ꝙ sup cibū mali chimi bibef vinū.dū comedif:aut ante aut post quam digeritur est malū.qm̄ facit malū chimū in extrema corporis penetrare.silr super fructus.ꝛ ꝓprie post me lones.ysac vō in dietis particularibus de pficis.ita exposuit:ꝙ persica ieiuno stomacho vel vacuo sunt edēda.postea vinū ve tus odorifeꝝ bibēdū.ipsa enī corruptibilia extāt.de facili:ꝙ de notat eorum quasi fetor cum inciduntur ferro.ergo conciliator de hoc mouet differentiā. ꝛ est dr̄ia.122.eadem controuersia ab eo tangitur in.22.particula problematum.problemate.8.ad hoc dubium ~~respondendu3~~.plures dantur responsiones.p̄o quia apud nos autem quibus continuus est vini vsus.cessat, ratio il la auice.quia consuetudo est secunda natura.vt superius a no bis prelibatum est. auctoritate multorum antiquoꝝ. ꝛ prefer- tim auice.in.3.j.doctrina.5.cap.primo.dicebat enim ꝙ vsus est secunda natura.ergo quia consuetudines enim oportet conser uare.ꝛ secundum earum incedere regulam.vt apparet.4.ad al mansorem.cap.10.ergo melius est vinum potens bibere. post melones quā aquā potare.licet ꝯriū.apud saracenos ꝛ īsuetos ad vinū.q eo tāq̄ ꝓ medicina vtunf.vel aliter dicēdū.ꝙ si me- lones in multa assumanf quātitate.sicut multi faciūt gulosi.tūc sup ipsos aquā est bibēdū.nisi sit aliqꝺ accidens ꝓhibens. q2 merito grauitatis.aq̄ descēdunt.ad intestina.ergo.si vō imodi ca quātitate.ꝛ gratia delectationis assumātur. vt eoꝝ corrigat malitia.vinum potens parum degustetur.eorum eni3 frigiditas tēperabif.ꝛ minoris erūt nocumenti.vel aliter vniuersaliter est dicendum.cum conciliatore. in.22.particula proble. problema. allegato.ꝙ sup fructus frigidos vinū vniuersaliter calidu3 erit potandū.ad eoꝝ frigiditatē expelēdā.que solūmodo calido nō frigido expellitur.super autem calidos fructus.aquā nō vinū

erit asumẽdũ: sicut cõmunis aũt opinio tenet. post ficus aquam fore bibendã: nõ vinũ: qꝛ cũ ea infussi cõminuunt cito: ⁊ descẽdunt. vino vero inflamãtur. pꝛesertĩ in stomacho colerico. īdurãtur enĩ. ⁊ cũ non modica difficultate expelũtur. quidam enĩ dolores passi sunt intẽsiores sup fructus. ex potu vini. aliq vero mortui. pꝛesertĩ sup ficus vinũ bibẽtes: vel aliter: respõdẽdũ. ꝙ si vinũ alitionis gratia bibat. super melones vel pepones. nõ est potãdũ. precipue in quãtitate multa. qꝛ penetrare facit. chimos malos. ad intima corporis. ⁊ hoc forte intellexit Auice. in auctoritate ante adducta. ⁊ si dicat ꝙ videmus quotidie. opposituũ: vt nõ patiãtur. qui bibũt vina potẽtia ĩ magna quãtitate. respondẽdũ. ꝙ si in p̃senti. nõ sentiet: in posterũ tñ non euadent.

De Nuce Caput. 99.

Nux calida in. 3. sicca v̾o in. j. a medicis demõstratur: qñ recẽs est. humiditati attinet. cacostomatica est ⁊ indigestibilis. ꝓpter hoc nimis euaporat: ⁊ dolorẽ capitis inducit: visumq̃ obtenebrat. tussiẽtib⁹ cõtraria sĩ comesta fuerit. ⁊ a ieiunis assumpta. nauseã ꝓuocat. linguã grauat. sꝫ dolorẽ pungitiuũ vẽtris sedat. frixa enĩ vẽtrẽ retinet. nõ est aũt a nucibus sanguis generat⁹ malus. vt scribit haliabbas. 5. theorice. 19. ab Aue. autẽ. 5. collectorij dicit ꝙ nuces malã demonstrãt ꝓprietatẽ. ita ꝙ qui eis vtũt. nimis paralisim in lingua aduenire faciũt. ⁊ vẽtrẽ laxant. qñ recens est. si cũ melle nutriatur frustra gariofoloꝝ admittẽdo magis cõueniẽs stomacho p̃sumit. ⁊ renibus. frigidis valde confert. tẽpore aũt horrẽdi frigoris nuces nõ discõueniunt. venenis omnibus paruis cõtrariantur. pꝛesertĩ si cũ ruta ficubus bonis assumãtur. ⁊ hoc in pestilẽti tp̃e magis ꝓficuũ inuenitur. nux: aũt antiquata ⁊ rancida. illam eĩ assumere abbominabile est. qꝛ venenũ efficit. ⁊ humanũ corp⁹ ad malas dispõit egritudies. vt Aui. placuit. 6. 4. cap. 30. ⁊ conciliatori in sua summa de venenis.

De Nespilis Caput. 100.

Complerio aũt nespile frigida est in. j. ⁊ sicca. min⁹ tñ ꝓ nutrimẽto cõpetit: inter ceteros fruct⁹. ad medicinã enĩ

magis pertinet. quã ad esum cõueniat. quod satis ostendit austeritas sui saporis et sue substantie durities. stomachũ. n. sua stipticitate corroborat et asensũ vaporũ aduenire ꝓhibet. ventrem stringunt ꝑcipue si ante assumaẽ: parui tñ et grossi existit nutrimenti: q: enim in arbore sufficiẽter nõ molescit: ꝓ esu cũ ingenio satis noto matureẽ: magis enim ꝓ victu cõueniens erit.

¶ De Napis Caput. 101.

Napi calidi et humidi iudicanẽ et magis quam rape guturis et pectoris lenitatẽ efficiunt: renes dorsum qꝫ calefaciũt: et vrine vias satis potenter mũdificãt: sperma acuũt: inflationẽ võ pariũt: et visuꝫ ꝯfortãt: si vero cũ aceto cõdiantur frigide existunt: et coleraꝫ extinguunt rubeã: vt a rasi scribitur ad almansorẽ. 3. cap. 19.

¶ De Oliuis Caput. 102.

Oliue in sua varianẽ cõplexione. scđꝫ maiorẽ aut minorẽ maturitatẽ. fructus oliuaꝝ arboris qñ cõplete ẽ maturꝰ: calidus caliditate temperate existit: q võ ex eo est imaturus: frigidior et stipticior diudicaẽ. oliue aũt cũ aqua marina cõdite si ieiuno stomacho recipianẽ: ventrẽ subducũt. ꝑpter salis acuitatẽ: minꝰ võ mouẽt q in oleo remolliunẽ: auctoritate rasis ad almãsorẽ. 3. cap. 19. paucũ qđẽ oĩo oliue: danꝰ corpi alimẽtũ. et difficulter digerunẽ: apetitũ incitãt. ꝑcipue si cũ aceto ꝯdianẽ. et fetorẽ oris subtrahũt: os võ stomachi corroborãt. vt Aui. placuit pria. 3. trac. 2. cap. 27. ex comestione oliuaꝝ humor niger et melẽcolicꝰ generaẽ: vt auẽzoar. 3. theisir trac. j. capi. 5. ãnotauit: idem planius asserit. 2. thesir trac. 7. capi. 6. oliue nigre mature parate sunt corruptiõi. et stomacho inimicãẽ et oculo incõuenientes. hãc qꝫ sñiaꝫ a sarapione suis de simplicibꝰ cernere qđẽ ẽ: oliue ãt quaꝝ color. smaragdinꝰ existit. magis stomacho auxiliũ ꝑbẽt.

¶ De Oleo Caput. 103.

Oleũ oliuaꝝ diuersis igeniis ꝑparaẽ. quodã ex maturis oliuis: quodã võ ex imaturis ꝯficiẽ. qđ aũt ex maturis resultat: quodã nouũ quodã ã võ antiquũ ꝑsumiẽ. nouũ aũt cale-

factiōe calefacit temperata:antiquū aūt calidius ab omnib⁹ diiudicat᷑.⁊ quāto plus antiquat᷑.ī eo maioꝛ augef᷑ caliditas: tū.n. viā cibi deperdit:⁊ nomē medicine aquirit: illud aūt ꝙ ex oliuis nō bene maturis fit:oleū expensaꝝ denominat᷑: vnde sanis ꝯueniens efficitur:⁊ illud ꝓpꝛie qꝺ est nouū.⁊ cū priuatiōe mali odoꝛis ac sapoꝛis:bonū stomacho ꝑsumitur.ꝓpter stipticitatē in eo derelictā.si enim in oꝛe teneatur.gingiuas restringere ⁊ dentes ꝯfoꝛtare:exꝑimēto cōpꝛobatur.istud enī oleū frigidū ⁊ siccū.ab omni medicoꝝ schola.denominat᷑.licet vna extat auctoꝛitas Aui.pꝛio cantice.3i.q̄ apposituꝫ s̄onare videt᷑:q̄ talis īuenit᷑:ꝙ omne habēs dominiū pinguedinis ⁊ vnctuositatis est calidū:⁊ humidū:sed cū oē oleū isto currat cursu.ergo.oleuꝫ ꝑ aluū educit sua molitie. ⁊ si in multa tollat᷑ quātitate: nauseā incitat:⁊ hoc magis in cōsuetis conotat᷑:vn̄ venenatis administratur:vt illud qꝺ ad intra stomachū assūptū ꝑuenerit:cōfestim euomat᷑.rasis tn̄:ad almansoꝛē.3.cap.23.scribit:ꝙ oleū nequaquaꝫ fastidiū:sicut alia vnctuositatē habētia facit:diureticū inuenit᷑.⁊ ebꝛietatē aduenire ꝓhibet.vn̄ hec nobis insinuauit Arist.3.ꝓblematū parti.ꝓbl.vltio q̄rens:ꝓpter qd oleū ad ebꝛietates cōfert:aut q꞉ diureticū:⁊ potui viā facit:oleū aūt cōe:nouuꝫ ꝙ ex oliuis expꝛimint᷑ maturis.ꝑ regi.sani.absolute.magis ꝯuenire ꝑsumo:licet enī stomacho plus discōueniat.

¶ De Oꝛdeo Caput.104.

ORdeū ī cōplexione frigidū ī.j.gradu sicū vo ꝫ haliabbatē in scꝺo.⁊ scꝺm Auic.in.j.rasis vo ad almansoꝛē.3.ca.2. dicit ꝙ equalitati est ꝓpinquū: lꝫ frigiditati atineat.ei⁹q̄ nutrimentū tritici minus est nutrimēto:viscosum minus grossūqꝫ est īflatiuū ⁊ īfrigidatiuū: vētositatē ac egritudines frigidias ⁊ colicā solitos pati.eius enim assūptio impedit:calefactis aūt auxiliū ꝑbet.qui minoꝛationē carnis adipisci desiderant.ꝯfert.subtille.⁊ abstersiuū aliquid habentem generat chimum.sanguinē colere nigre vicinum suscitat:vt a rasi scribitur:plurima autem oꝛdei comestio inducit.assumentes ad malum coloꝛē.vt Arist. ānotauit.22.ꝓblematuꝫ particula ꝓblemate.23.aqua aūt ipsius



febricitantibus vtilis inuenitur.⁊ mirabiles virtutes habet si cū illo ingenio ab Auer.5.col.31.ānotato fiat:aliter a bonitate sua plurimum recedit:eius enim farina virtutem aliquam stipticā comprobatur habere.

¶ De Ouis Caput.105.

Quia medici nostri tēporis de ouoꝝ cōplexione solent dubitare:an calida frigida aut temperata sit:dignū ⁊ cōueniens esse:sana rōne iudicaui:de cōplexione sua aliqd in mediū aducere: ouū enim scōm totalitatē sue cōpositionis.ē paulo frigidius corpe temperato. vt nobis aperte exposuit gal.ii. simpliciū pharmacoꝝ.26.⁊ serapio in suis de simplicib⁹.ab auenzoar enim pāo theisir trac.9. cap.19.⁊ ab Auic.in.3.4.trac.2.cap.de cura cancri:conumerat ab ipsis inter cibaria frigida:idē videre lȝ ab ipso Auic.⁊ Gal. in plurimis locis.ac pāsertim i subscribēdis.pāo in pāia.4.trac. scōo.de cura tertiane pure:administrat ouū.ergo in.5.fen.3.tracta.pāo.cap.9.de cura fluxus sanguinis nariū ponit eū frigide cōplexionis:ex quo cōpetit in cura illa ꝑueniente ex materia colerica.ergo.pāia vo.3.trac.2.capi.24. de cura sode ex ebrietate. ponit vitellū frigide cōplexionis ⁊ humide. Gal.aūt.2.miamir. cap.de dolore capitis ex ebrietate.idē exposuit.quare auctoritatib⁹ istoꝝ antiquoꝝ viroꝝ:aqescendū.ꝑsumo:lȝ oppositū auctoritates alie sonare videant.scȝ ꝙ sint temperate cōplexiōis. nihilominus:ꝓ cōstanti est tenendū.ꝙ ouū versus frigiditatem tendat.scribāt ac clament alij:qd qd velint.ista aūt cōtrouersia pulcherime disputatur a conciliatore in suis diffe.diff.69.oua plus alijs hominibus cōuenientia.sunt galie perdicis ac fassiani:deinde oua aneris.in bonitate existunt:quāuis malum efficiāt nutrimentum.paruarum aut magnarum animalium oua. edenda nō sunt:nisi medicine causa:vt confirmatur a rasi.3.ad almansorem.13. ouū presertim galine digestioni obediens.sanguinem in corpore augumentat.vehementer.ac cito nutrit.licet tamen auctoritas Gal.in scōa.āpho.parti.in cōmē.illius eoꝝ que nutriuntur: sonare oppositum videatur dicendo ꝙ ouū.

tarde nutrit. ꝛ de stomacho tarde eijcit᷑: ꝙ de indurato in aqua sane intelligit᷑. ouū autē tantū nutrit quātū pōderat: vt dissumi pōt ab Aue. in comen. 96. ꝛ. cātice ē enī ouū parue quātitatis: ꝛ multi nutrimēti. vt ab Aui. 4. j. cap. pꝛio collegimus. vnde infirmi ꝛ debiles ex coitu aut ab alia causa. ex ouoꝝ assumptiōe vigoꝛātur. ꝛ ad pꝛistinū reducūtur. vires ꝯperditas apꝛēdūt. ouū galine sperma augumētat. ꝛ hoīem ad coitū foꝛtioꝛē reddit. vitellū enim albo melius exist᷑. difficile autē digestibile est albumē. vt pꝛonūciatur a Gal. iī. de ingenio sanitatis. 6. id circo vitellū pꝛeceteris nutrientibus cōueniēs est in dissolutōe substantie spūs ꝛ diminutiōe materie ipsius sanguinis coꝛdialis. cōfoꝛtat enī valde coꝛ. vt ab Aui. de viribus coꝛdis ꝑcepimus. ꝟm eīm diuersum modū ꝑparatiōis ꝛ assumptiōis diuersaꝫ retinet naturam. Si aūt semicoctū bibatur. virtutē stomacho ꝓbet. ꝛ coꝛpus debilitari nō permittit eo ꝙ nature sit animātis. lenit enim oīa: qꝛ leuē vicem habet. vt a Gal. de simplicibus ad paternianū. cap. ꝛoo. scribit᷑ crudū autem po tatū. raucos emēdat. ꝛ sitiꝫ pꝛohibet. optima autē quidē ipsoꝝ. ad alimētum coꝛpoꝛis sunt que tremula. soꝛbilia aūt minus quidem nutriunt. facilius aūt q̄dē subeūt. asperitati guturis ꝛ pectoꝛis soꝛbilia cōferūt. tussi pleuresi ethice raucedini vocis ex caliditate ꝛ stricture ānhelitus ꝛ sputo sanguinis conferūt. ꝛ pꝛopꝛie cū vitelū eoꝛum soꝛbetur. tepidū qn̄ enim ouū ꝟm totalitatē suā decoquit᷑. contra materias putridas que discurrūt ad stomachū ꝛ intestina multum confert: vt recitat Aue. virtute autē sua ouū soꝛbile cibi ꝛ potus virtutē pꝛestat. oua dura elixata. ad digerendū sunt durioꝛa. tardius que de stomacho descendūt: ꝛ cuꝫ aceto decocta dissentericis pꝛosunt. qn̄ elixantur rupta: aut assantur cū oleo nouo magis conueniunt. quā cum butiro ꝛ oleo alio: quia res que decoquitur cum oleo est valde nutritiua. dūmodo oleum nouum sit ꝛ dulce. de oliua quia illius natura temperata pꝛesumitur. īpinguat enim epar. ꝛ substantiam ipsius augumētat. vt clare exposuit Aue. 5. col. cap. 36. ideo religiosi oleo bono vtētes pigues sunt ꝛ rotondi: vt ānotauit cōcili. diffe. allegata. oua melioꝛa pꝛedictis auibus sunt galinaꝝ. si sane pingues ꝛ in iuuētute existentes sint. pꝛopꝛie si ex bonis rebus ꝛ granulis nutriātur. melioꝛa

galinarū oua presumuntur:que a galo calcantur.aliter a perfecta bonitate recedunt.quia non iudicantur prolifica .oua enim venti ab aristo.6.de natura animaliū.2.appellātur . ac minus sunt iocundi saporis et magis humida quam ea que fecunda gignūtur.qm̄ ex caliditate seminis masculi redūtur.oua melioris substātie et laudabilioris nutrimēti sūt oua recentia vt ab omnibus iudicatur : plurium.enim dierum minoris existunt bonitatis.oua passerum augumentū magnū efficiunt i coitu.

De persicis Caput .106.

PErsica in fine.2.frigida ab Auic.graduāt humida vero in pncipio.matura ardēti cōferunt stomacho dure.tñ descēdūt.ꝛ in sanguinē cū resistētia couertunt.in eis reperit virtus i educēdo apetitū. ꝛ oris fetorē reprimēdo sitim reprimūt:exsicata digestioni magis resistunt.mali sunt nutrimēti quāuis plurimi. imatura aūt exsicata retinēt ventrē.molia autē per aluū educūt.eius comestio humores corruptos putridos flegmaticos ꝛ aliqñ colericos hꝫ procreare.vt insinuauit Aue.5.collectorij.i corpib⁹ calidis ꝛ siccis adūt in coitu.ſm q̄ quidam scripserūt.quartanarios de colera adusta ei⁹ assumptio iuuat:vt Auice.de cura quartane.scripsit odor psicoꝝ ꝯtra cardiacā passionē nō paruū pstat adiutoriū. oleū ex ossibus ipsoꝝ abstergit faciē dominaꝝ.debēt aūt psica comedi in.j.mēsa ante aliū cibū:iuxta doctrinā Gal.2.d edulis. cap.19.quecūqꝫ chacomicha humida.qꝫ ꝛ lubrica.ꝛ facile subire potētia.ppter hoc comedere poꝛa alijs.sic eim ipsa celeriter subeūt ꝛ alijs viā faciūt.vltia autē sūpta simul corrūpūt ꝛ alia. si aūt pro apetitu in vltio sumarētur.in vino potēti frustra ipsi⁹ psici remoliātur.deinde vinū potēs supbibatur.vt putrefactiōi future resistat.de potatiōe vini sup fruct⁹ satis a nobis in cap. de melonib⁹ dictū esse diudicaui.qd ab ossib⁹ facile mūdatur citius digeritur ꝛ a stomacho citius diminitur.quā qd oss:b⁹ cō glutinatur.substātiā eim hꝫ.durā tāquā in matuꝝ grossius est. tarde digestiōis.vt ab haliabbate cōmemoratum vidimus.5. theorice.19.

PRuna in principio .2. frigida. humida vo in fine. 3. conotant. diuersaꝝ maneriez. quedā. enim alba existūt. quedā citrina. quedā rubea. nigra vo. quedā alimētū. quidē igit paucissimū. ex fructu isto corpus accipit. auxiliū aūt prebet infrigidare ꝛ humectare mediocriter vētrem volētibus. ascendentez colerā reprimūt. sed apetitū deiciūt. ꝛ os stomachi ledunt. qn̄. n. exsicant nō tātā malitiā corpori prebēt. que aūt dulcia degustātur. sua humiditate magis aluum moliunt: ꝛ pro stomacho. non adeo sicut muza cōueniūt: qꝛ fortius colere resistūt. ꝛ sua stipticitate magis fortificāt ac stomachū corroborāt: lꝫ fortius colerā educāt. dura aūt parua. ꝛ pontica pruna praua ad eduliū sunt. ꝛ ad subductionē vētris. dissentericos tn̄ certū est adiuuare. ex eis enī acatia cōponitur pruna autē. in mele decocta. plus ad subductionē faciūt. sicca aūt ꝓpter humiditatis priuationem. in stomacho minus corrūpūtur. quā humida: qꝛ ad putrefactionē sunt cōuertibilia. vt insinnauit diuus mesue in suis de simplicibus. que autē apud siriam. in damasco: aut in armenia nascuntur. meliora sunt aliis. illa que colorē palee retinēt. sunt fortiora nigris. ꝛ citrina rubeis. alba magis grauia ꝛ parue solutiōis: vt ab Auic. 2. canonis deiudicat. armena cibꝰ meliora: ꝛ vehemētius soluētia. meliora etiā sunt magna pinguia.

¶ De Piris Caput. 108.

PIra multarū spēꝝ: sed frigida vt plurimū. sunt in. j. sicca vero in. 2. que aūt multū sunt dulcia ſm rasim. 3. ad almā forē nō īfrigidāt. ꝓsertiꝫ matura: qꝛ tēperata ab Auer. 5. col. 40. iudicātur. aut ad paucā frigiditatē declināt. oīa aūt vētrē stringūt. ꝑcipue si post cibū assumāt. isto modo assūpta. stercus cito expellāt. post eiꝰ expulsionē finalr stringūt. os stomachi corroborāt. vapores ad caput ascēdere nō ꝑmittūt. ꝛ colericā sitiꝫ reprimūt. eius ꝯtinuus vsus generat colicā. appropietate eiꝫ hoc faciūt. humor piroꝝ laudabilior est humore pomoꝝ malorū: vt dissumi pōt arasi in. 23. cōtinentis auctate ruffi. capi. ꝓprio. pirꝛ

silvestria ꝛ domestica nocumēta fungoꝝ.si cū eis ꝯdiant tollūt. ab expertis medicis.nobis expositū fuit.ꝙ si a pregnātib⁹ pira aut folia eoꝝ.ꝯtinue ferāt.aborsus advenire ꝓhibēt.pira odorifera cocta saniora iudicātur.ꝓsertī:si cū origano ieniculo aut aniso assumātur.magna ps malitie subtrahit.ꝛ post assūptionē eoꝝ.recipiat ydromel cū specieb⁹.pira cū zucharo ꝯdita magis ꝑ custodia sa.cōueniūt.q: coꝛ ꝛ stomachū ꝯfortat.vt a mesue de conditis percepimus.

De Poris Caput.109.

POrū calidū ꝛ siccū auctoritate ysac existit.in.3.multarū spec.eꝝ.sed solū de domestico ānotabimus:lꝫ eiꝫ apetitui.auxiliū tribuat.caput tñ dolere facit.somnia mala dormiendo nobis demōstrat.nocet stomacho.inflationē ac vētositatē faciēs.epar calefacit.grossoꝝ tñ humoꝝ incisiuū.oppilatoꝝ organoꝝ aperitiuū.vñ vrinā ꝓuocat:lꝫ secūdā.mēstruis imperat.potissime qñ mēstrua.ꝑpter humores grossos ac frigidos retinētur.eructuatiōes acetosas aufert.ꝛ vētrē emolit.amissaꝫ restaurat vocē.ꝛ hoc nobis ꝑdices demōstrāt.pro rauca eīm voce tēperāda.porros comedūt.id auteꝫ auctoritate aristo.in.xj.parti.ꝓble.proble.39.scribimus.appropuetate dētib⁹ vehementer ꝛ gingiuis nocēt.vt aperte nobis insinuauit aui.in.7.fen.3.cap.2. porroꝝ comestio attenuat. caliginē oculis īfert.renū vlceratꝫqꝫ vesice nocet.vt arasi.23.cōtinētis comemoratꝫ.porrū dxab⁹ aqs elixatū.minoris nocumēti ꝛ malitie existit.dens in quo reperitur vermis.sufumigatꝫ ex eius semine ꝛ illū.repēte necat.succus porri cū melicrato venēatis morsib⁹ occurrit.q tñ ab eoꝝ comestiōe se abstinuerit.nocumēta maloꝝ humoꝝ euadet.vt superi⁹ auctoritate rasis in āpho.suis annotauimus.

¶ De portulaca Caput.110.


POrtulaca frigida in.3.hūida vo i secūdo existit.parū ꝛ inlaudabile dat corpori nutrimentū. conueniens tamen cui calida dominatur complexio.fluxuꝫ

atq3 sãguinis sputũ ac vomitũ ex hũorib⁹ calidis factũ: restrigit: sitim ac adustionẽ extinguit: ⁊ dentiũ cõgelationẽ aufert: vt clare insinuauit Aristo. j. pblematũ pble. 37. eo eni3 loco sciscitat: ꝓpter quid cõgelationem. dentiũ dissoluit portulaca ⁊ sal. id q3 causa reditur. quia portucula diu masticata viscositatẽ hab3 subintrantem dentes. ⁊ athraentem id acetositatis ꝙ dentibus adheret: ⁊ ipsius succus parum acetositatis habet. ideo ratione similitudinis athrait ꝙ acetosum est. Contra ardorem vrine renum stomachi efficax conotatur remediũ: optimus cib⁹ omnibus acute febricitanbus existit: cruda vel cocta assumpta: viridis multe est efficatie. sicca vero non tante. in corpore calido vel sicco augumentum prestat in coitu: vt exposuit conciliator quarta particula problematum problemate. 5. idem constãter affirmauit Auicena secundo canonis cap. proprio. eius tamen frequentatio desiderium ⁊ materiam coitus sua qualitate diminuit: appetitum debilitat: ⁊ pannum. in oculo accidere permittit: visum cõminuit. vt scribit serapio auctoritate rufi.

¶ De Petrosilio Caput. III.

Petrosiliũ vna ex speciebus apij. calidũ ẽ ⁊ siccũ i scdo gradu: vt plateario placuit. l3 ꝯstantin⁹ ⁊ isac dicãt in 3. vsus ei⁹ vsui ꝯuenit. frequentat enim in salsamentis apud italos: herba enim ista a medicis diuretica multũ reputat: ẽ enim apitiua cõsumptiua apetit⁹ excitatiua calculos frangit: ⁊ ꝑ vrinã potẽter educit. menstruis impe rat: hydropicis subuenit. oppilationes epatis ⁊ splenis aperit. inflationes stomachi tollit: calefaciendo ⁊ exsiccando: tortionibus subuenit. ⁊ qñ ex eo fit cõpotens salsamentũ: digestioni ꝓdest. ⁊ ad multas ẽt alias passiones valet: vt asseruere medici.

¶ De Pomis Caput. III.



Poma seu mala diuersaꝝ sũt speru3. nã pomoꝝ alia dulcia sunt. alia accetosa. alia medio modo se habentia. in his autem omnibus predominatur hu-

miditas cū aliquali frigiditate.sed frigiditas augetur ac in eis diminuitur ſm magis ⁊ minus.dulcia autē odorifera.equalitati magis attinēt.accetosa frigida ⁊ grossa diiudicant.media autem ad aqueitatē magis tendūt.malū dulce.sua redolentia.mēbra principalia.s.cerebrum ⁊ cor.habet confortare.si sit illic angustia ex caliditate:ē magni iuuamēti:ex suo etiam odore ptisici ⁊ melancolici nō parū iuuant.auctoritate rabi:que enim stiptica sunt.stomacho cōferūt calido ⁊ humido.imatura autem: indigestibilia frigida tardi secesus ⁊ mali chimi sunt.cū hoc frigidū ⁊ grossum infalibiliter chimū habēt.vt cōmemorat a gal. 2.alimentoꝝ.ii.poma accetosa acria obliuionē efficiūt.vt in scriptis nobis reliquit. Rasis in āpho.suis.pomoꝝ frequentata ac iterata multotiēs comestio.peior existit oiuȝ comestiōe fructuū: q: in.2.⁊.3.digestiōe ventositatē generat grossaȝ.ita vt cōmemoratū vidim⁹ ab Aue.5.colliget.40.auctoritate Auēȝoar.ꝙ ptisim ⁊ ethicā pōt generare. eo ꝙ venti q ex pomis oriunt.malā demōstrāt ꝓprietatē:⁊ huiuscemodi ventositates venas inflāt. ⁊ pulmonis arterias.eoꝝ tamē vinū seu rob. ab istis priuat nocumētis ac absoluitur.eius etiā assudatio ſm Auic.2.canonis. dolorē neruoꝝ euenire facit.ita ꝙ multotiēs spasmū producit. vt ab Auēȝoar plane ↄcernit.2.theisir.tractatu.7.cap.15.ad diuturnā ⁊ erraticā febrē corpus ꝑparat:q: putresibiles ⁊ abominabiles aggregat humores.⁊ ꝑcipue imaturorū pomoꝝ assumptio.succus ⁊ ipsoꝝ folia venenis ↄferūt.poma aūt decocta aut cōdita:magis ꝓ esu ⁊ eucrasi cōseruāda ↄueniunt.merito aūt admistionis ȝuchari:⁊ specierū aut anisoruȝ. ⁊ similium.multa ab eis subtrauntur: nocumenta.

De Pastinaca Caput.113.

Pastinaca.duaꝝ specieꝝ existit.qdā hortulana campestris vo qdā ꝓsumit.ambe suficiēter calefaciūt: sed digestioni paꝝ obediūt.in radice: vo est virt⁹ q venerē irritat.⁊ vrinā potenter ꝓuocat: spermati.n. acuitatē tribuit paꝝ nutrit:alimētū qdē minus rapis habēt pastinacie.⁊ nō laudabiles humores generāt:corp⁹ tn̄ calefaciūt:

siluestrē pastinacā quidā daucū vocāt. in omnib⁹ tñ fortior existit quā domestica. ꝛ vrinatiua magis ꝛ subtiliatiua. Cōciliator tñ cōtra medicos antiquos. ii. parti. pble. pble. io. dicit ꝙ pastinaca licet sit calida. qꝛ tamē nō est digestibilis nō euacuat per vrinam. pro opinione sua sustentanda: recurendū est ad illud proble. Aristo. quare ꝛc.

¶ De Piscibus Caput. 114.

Quoniā pisces diuersaꝝ ac multaꝝ specieꝝ sunt. de oib⁹ aūt in particulari determinare nimis in longū ac pͥtermodū nostꝝ trhaeret opusculū. tū rōne ifinitatis ipoꝝ: vt ita exponā. cū rōne diuersoꝝ nominū. apud diuersas natiōes: breuitati igit̃ obtemperātes. solūmō canones nr̄o ꝓposito attinētes enucliabim⁹. qb⁹ itelectis: facile vnusqsqꝫ: discurēdo sciet ellige: qd ꝑ eucrasi ꝯseruāda ꝯueiat: qd ve discōueniat. ad ꝓpositū igit̃ accedētes: dicam⁹: pisces recentes frigidi sunt ꝛ humidi. ad digerēdū duri: i stomacho longāqꝫ trhaūt morā. sitimqꝫ causāt. sanguis enim ex piscib⁹ generat⁹ flegmatic⁹ a rasi. 3. ad almansorē. i6. diudicat̃: spma. n. adaugēt hi pisces. corp⁹ vo humectāt. qb⁹ vo colicos atqꝫ flegmatice ꝛ frigide solēt accidere egritudines: mali existunt. calidā vo ꝛ siccā cōplexionē retinentib⁹. aut his qb⁹ rubea dominat̃ colera cōferūt: lꝫ eoꝝ nutrimētū a malitia nō absoluat̃: malas enim adunāt i corpor mucosas supfluitates: ꝛ diuersas generāt egritudines. meliores aūt sunt pisces q nō sunt multū magni. neqꝫ ei⁹ caro dura ꝯspicit̃. neqꝫ sicca. i qb⁹ piguedo supflua aut abominalib⁹ nō repit̃. nec malus odor aut sapor degustat̃. ꝛ quoꝝ caro nō cito putrescit dū ex aquis extrhaunt̃. ex piscib⁹ duram carnem habentibus minor eligitur: vt ab Auic. percepimus ex habentib⁹ vero molē carnē ille qui est maior ad terminū. vel ad magnitudinē nō nimis excedentē. q multas habent squāmas ꝛ velocis motus. ꝛ pauce viscositatis meliores sunt. laudabilior aūt piscis est. qui i lapidosis nascit̃ locis. qui magno nō est corpore. ꝛ in suaui orit̃ aqua clara non turbida aut paludosa. nec abominabilis aut horendi saporis existat: nō stans sed velociter currens: ꝛ circa eā suauiter flent venti ab oī parte: qꝛ pflatū

vento℞ aqua magis purificat̃:a ciuitatib⁹ etiã ⁊ a latrina℞ sup-fluitatib⁹ sit distans:piscis et qui in saxis orit̃:⁊ i magnis aquis decurentib⁹ a corpe eius supfluitas euanescit.ppter motus co piã:⁊ pcussiones ipsius in lapides.piscis enim q in suaui aqua nascit̃:iocunde carnis est:⁊ delectabilis esui ⁊ gustui:⁊ viscosi tas ab eo plurimũ separat̃:pſertim quãdo ex bonis depascitur herbis.nõ malis nec graue olentib⁹:deinde melioꝛ ꝓsumit̃ ille qui in arenosis ⁊ sabulosis nascit̃ aquis.curẽtib⁹ dulcib⁹:in q-bus nõ sunt soꝛdes.pisces laudabiles sunt marini subtiles.p-pter enim salsedinẽ:ab eis mala cõsumitur humiditas:⁊ preci-pue cũ eoꝛũ habitatio est in litoꝛibus petrosis ⁊ arenosis.peioꝛ aũt oium est piscis:q paludosa in habitat loca: aquasq̃ ĩspissas putridas calidasq̃:qui enim eiusmodi est:a comestione ipsius abstineamus:celeris enim est alteratiõis ⁊ coꝛruptiõis i stoma cho:malos adducẽs hũoꝛes:vt ab haliabbate.5.theoꝛice capi. 25.sumi põt:ppter hoc anguilla ab oibus sana ratione vitupe-rat̃:q: vt plurimũ in lutosis nascit̃ locis ⁊ frequẽter inhabitat: tũ et q: sine ppagatione:sed ex ipsi⁹ putrefactiõe alicui⁹ rei pu-tride nascit̃:tũ etiã q: cũ venenosis animalib⁹ coit frequenter. ex eius enim comestione quãtũ a nobis possibile sit: ꝓcauendũ foꝛe existimo:ne ppter eius dulcẽ sapoꝛem subita ariperemur moꝛte:sicut cuidã puelle accidit ĩ Papie:stati ꝫ.n.assũpta anguil la accidẽtia veneni festinãter occurẽtia.doꝛmiuit i dño.qñ.n.ap petit⁹ isurgẽt comedẽdi:asset̃.⁊ cũ ꝫuchara ⁊ bõis aromatib⁹ sue male venenositati ac hũiditati resistentib⁹:cõdiat̃:sed pri⁹ viua existente in bono vino maluatico ponat̃:⁊ dimitat̃ ibideꝫ donec moꝛiat̃.sue eniꝫ malitiei plurimũ aduersat̃:aduertendũ ne vinũ in quo necata fuerit.bibatur.quia postmodũ in futuro vinũ odio habebit:vt ab aliquib⁹ asserit̃.Capita eniꝫ anguilla-rum ⁊ caude in quibus venenũ ꝯsueuit esse.⁊ similiter interioꝛ pars spine:nullo modo sunt edenda.adde ꝙ cuꝫ pisces assan tur ⁊ infrigidati: in loco steterint humoꝛoso.⁊ sequenti die co-mesti fuerint.de quoꝛũ ꝓcipue sunt anguille ⁊ tenche.sceua ac-cidentia.q̃ ex maloꝛũ fungoꝛũ comestione solent euenire: acci-dunt.id aũt auctoꝛitate rasis.8.ad almãsoꝛẽ.28.⁊ Auice. 6.4. trac.scdo cap.10.scribim⁹.pisces ãt cũ lacte: nequaquã edẽdi



sunt.qm̄ inde ad egritudines ꝑmanentes perueniť sicut lepra: vt experimentatores indi testati sunt.hec ānotauit Auic.3. fen ꝑ.doc.2.cap.7.de regimine de eo ꝙ comediť ⁊ bibiť.⁊ idē voluit ꝯciliator pria ꝓble.ꝓble.15.pisces ꝑterea post inordinatū exercitiū ⁊ motū:nequaquā edendi sunt:q2 cū sua corruptione simul corrūpunt humores:vt loco ānotato Auice.scribit: saliti pisces nullo modo comedendi sunt.nisi aliqs se medicare voluerit.si tn̄ eos aliquis appetat:parua ex eis assumať quātitas: vt scriptū extat a rasi.3.ad almansorē.saliti aūt sunt meliores q sunt recentes.deinde illi qui sunt ꝓpinqui termino. pisces magis ꝯueniunt tpe estatis quā hiemis:calidis quā frigidis. ob id diciť.id ꝙ magis nocet senib⁹ex cibis sunt pisces. vt explicare nō erubuit auenzoar i ꝓhemio ꝑ.theisir sunt enim oua aliquorū pisciū tpe coitus qui nō sunt aliquo modo edēda:sicut oua balbi tpe mai ⁊ alioꝝ.inducūt eni comedentes ad coliria3 passionē:cū malis accidentib⁹.ita ꝙ quasi ad mortē deuenieūt: vel saltē vsq3 ad anxietatē timorosa3:amplius habentes stomachū debilē vel prauis repletū humorib⁹:nō gaudeāt in esu pisciu3. ratio ꝑse est nota.amplius pisces laudabiles nō multū saliti in parua quātitate sumpti.reuocant appetitū.ac ipm̄ coroborant de natura aūt pisciū.⁊ modo ꝑparandi.oportet credere habitātibus.⁊ expertis in regionib⁹.vbi degūt.sed vt sua frigiditas ⁊ humiditas remoueať cū reb⁹calidis ⁊ siccis vt plurimū cōdiūtur.sed hec coquinarijs sunt relinquenda ac offerenda.rursus notandū scd̄m philosophū inde secretis secretorū. ꝙ piscis qui nasciť in mari sanior est.quā ille q nasciť.in dulci aqua. oportet etiā cauere ab illis piscib⁹qui sunt magne substātie ⁊ dure pellis.q2 tales solēt eē venenosi:pisces nigri vel rubei vel.i qb⁹ est color diuersus:naturalr mali sunt.⁊ ab eis est cauendū apostema enim generāt in itestinis ⁊ mēbris: puncturas ⁊ orripilationē suscitāt.visui nocumētū inferūt.⁊ malū sanguinē ꝓcreant.vt rasis in suis āpho.scribere nō dubitauit.

¶ De Pelibus ⁊ indumētis Caput.115.

Quia hominū corpora.ex indumētis ⁊ pelib⁹q defferūtur.caliditatē aut frigiditatē maiorē aut minorē agrūt.

dignū est de eis: aliqua pauca. ab autorib⁹ autēticis ānotata. in medīū adducere. q̄ ad sanitatē ꝯseruandā. ⁊ futurā egritudinē impediendā plurimū oppitulant. ⁊ p̄mo a pelib⁹ animaliū magis vsitatis principiū faciem⁹: leporū peles induere: oīa mēbra senū ⁊ iuuenū ꝯfortāt. similiter peles agnoꝝ. pueris ⁊ iuuenibus ꝯferre ꝓbant. gatoꝝ vero peles induere: humiditatē pulmonis ⁊ tot⁹ corporis ꝯsumūt. ⁊ multotiens īduentes ad ptbisim ducunt: hec aūt oīa a sublimi auēzoar. in ꝓhemio. j. theisir. ⁊ a rabi mose. in. xx. suoꝝ āph. particu. scripta accipe: pelis vero lupi seu coriū. si ex eo stringat venter: colicā pacientis: valet auctoritate rasis in libello de sexaginta aīalibus. vnde credo si ei⁹ deferat pelis ab aliquo: q̄ induentē a dolore colico incolumē ꝯseruat. vel saltim ab ei⁹ delatiōe nō paꝝ iuuat: vulpine v̄o peles sunt multū calide ⁊ sicce. ⁊ sic multū ꝯfortāt neruos. vn̄ paraliticis ⁊ arteticis ⁊ vniuersal'r passionib⁹ oībus neruoꝝ competunt: ⁊ his etiā qui corpora sua volunt macrefacere ⁊ desicare. Cuniculoꝝ vero peles sunt his ꝓporcōales: nisi q̄ nō tantuꝫ desicant: ouine v̄o peles calide ⁊ hūide ꝯsumunt: cōsequētes cōplexionem aīalis: cōfortant enim multū corpus: ⁊ calorem naturalē: vigorant. vnde melancolicis siccis ⁊ macilentis auxiliū tribuūt. peles ee vestes varie sunt: scd̄m aīaliuꝫ ex quib⁹ fiunt naturā. nō debemus vti pelib⁹ ex aliquib⁹ animalib⁹ per se mortuis: q̄m inficiūt corpora nostra: ⁊ plurimos pediculos generāt ⁊ hoc nobis experientia euidenter demostrat. oīs aūt vestis corpori supposita calefit ab illa. similiter ꝯuersa vice firmiss̄ q: alia quidē minus calida est. alia magis: vestes linie q̄n corpori approximant. ī principio quidē corpus refrigerāt. si diutius tū in morent modicū calefaciunt. ⁊ si subtilissima vestis sit. cuteꝫ lenit. ⁊ mēbra aliqualiter humectat. debiles aūt caueāt: a plurima renouatione taliū vestiū. q: magis plurimūqꝫ debilitant. bōbacine vero vestes quanto moliores tanto magis corpus calefaciunt: ꝓpter suaꝫ magnā inherentiam. pariterqꝫ cutem moliūt ac leniunt: magis tamen pro hiemali tempore cōueniunt. vestis vero aspera min⁹ calefacit. ē eni simul exasperās ac cutē īdurās: quanto enim vestes sunt pilosiores eoꝝ pili longiores: tanto calidiores ⁊ ꝓhibernis temporibus cōuenientiores: q: sunt ma-

gis corpori adherētes: lanea vestis calefacit desicat aliqualiter corpus: serica vero vestis nuda pilis corpus nō calefacit. sꝫ tē-perata iudicatᷣ. scdm sniam haliabbatis. 5. theorice. 34. vñ ꝑ calidis horis magis ꝯpetens. serice vero pilose magis calefaciūt. ⁊c. in ornatu enim vestiū diuersoꝝ coloꝝ. aīa delectatᷣ. psertiꝫ in colorib⁹ viuidis ⁊ pulchris: sicut in colore rubeo viridi azurino. ⁊ sic de singulis: visus aūt ab hmōi ꝯfortatᷣ. ⁊ color in facie viuidius fit ꝑpter motū spirituū ad extra. multum aūt cōuenit principi: honorifice indui: ⁊ semꝑ cū pulchro aparatu excelere alios: indecore: vt scribit Aristo. ad alexandrū macedonem: vti ergo decet caris pulcris ⁊ extraneis indumētis: decet si quidē pricipeꝫ quadā perogatiua alios superare ad hoc vt dignitas decoretᷣ: ⁊ debita reuerentia ei tribuatᷣ.

¶ De Pane   Caput. 116.

